

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0207

LOG Titel: De Macucodiatae Secunda Specie. Cap. XXIII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE MANVCODIATÆ

Secunda specie. Cap. XXIII.



NON salutis nostra 1577. aliam auem Paradiseam, quam secundo loco damus à reliquis in eò maximè diuersam, quod binas in vropygio penas haberet longissimas, cæteras nempe duorum palmarum in longitudine excedentes, obseruauit Romæ apud Illustrēm D. Thomam Caualerium Equitem Romanum, antiquarum egregiem. Ea caput habebat albū ferè, maculis luceis, aureisq. perfusum, oculos pariter luteos, cilia rubicunda; rostrum inter luteum, & viridem mediū duos digitos longum, in supina parte quadammodo recurvum lingua rubicundam, longius. Lingua culam, acutam, Picorum hanc planè dissimilem, ad lancinandum animalcula perquam idoneam. In pectore aliquo pacto rubescet. Venter, dorsum, & alæ candicabant, hæ tamen superius Petius. ubique, & in fine erant ferruginea. Dorsum primò ad flauum quodam nodò tendere videbatur; postea quād verò vropygium attingit, ad rubicundum, seu ferrugineum colorem vergebat. Alarum longitudine, ut potè, quæ quinos palmos adēquant, primam speciem superabat. Caudæ pennæ, vbi dorso inseruntur, candicabant; cætera ferruginea erant. Eius duæ penne Cauda. reliquias duorum palmarum longitudinem vincebant, & reliquæ etiam quām in prima longiores aderant. Carebat hæc avis geminis illis filiis, quæ omnibus est dorso enasci supra dixi; quare vel itineris longitudine, vel temporis vetustate decidisse ei iudicandum est, non autem fæminam idè dicendam, ut perperam vulgus haec tenus sibi persuaserit. Duarum verò longissimorum illarum pennarum fortassis ad velociorem motum usus fuerit. Figuram habes pag. 812.

DE TERTIA MANVCODIATÆ

Specie, siue de Hippomanucodiata.

Cap. XXIV.



OMINVS Antonius Gigas Forosempionensis vir cùm vita probitate, tūm pariter eruditione, & rerū naturalium scientia clarus, Auem, cuius iconem tertio loco exhibeo, depingendam, ac describendam publicæ studiorum utilitatis causa tradidit. Illam ob corporis longitudinem Hippomanucodiata, quoniam longiorem videre mihi nunquam contigit, appellare placuit, quæ videlicet à principio rostri ad caudæ, & alarum extremitatem tres dodrantes longa erat; & duos palmos, cùm alæ complicatae sunt, lata. Rostrum erat satis aduncum, in supina maxime parte, tres digitos longum, in inferna verò paulò breuius. Tota ferè avis erat alba præter nempe collum, & ventrem, quorum color est castaneus. Superior capitis pars ferruginea, quem colorem flauus excipit, ut hunc viridis. Prope dorsum pennæ admodum prominent longitudine duorum, vel trium digitorum. Erat præterea unicum dantaxat Aui filium, idque asperiusculum, & admodum flexibile, quare alterum casu quodam amissum fuisse existimare debemus. Iconem dabit pag. 813

DE MANVCODIATÆ QVARTA

Specie, siue de Manucodiata Cirrata.

Cap. XXV.



VIVS quarto loco Iconem depingemus, vulgaris illa ab Ornithologo depicta, omnino videretur, nisi rostrum multò longius, & veluti cirros quodam propè cervicem obtinuerit. Hanc auem eidem Antonio Giganti acceptam refero: quæ descripta talis est. A rostri principio ad alarum extremitatem usque commensurata duos dodrantes explebat. Rostrum pro corporis exiguitate longissimum nigrum, & quodammodo aduncum. Capitis, colli, & alarum pennæ nigrescebant, vbi tamen rostro adnectebantur, flavescebant. Cirrum propè cervicem tres promedium digitos altum habebat, rigidum, colotis flavi, quique ex fetis potius, quām pennis constare videbatur, atque eo maximè à subsequenti Manucodiata differebat.